Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26264
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tia est respersa. ut omnes qui aderant in
estimabili odore replerentur. & diuer
sa infirmitate laborantes. ex ipsius
odoris aspersione sanarentur:
Sacratissimum corpus eius conditum est inter
senogalliam & pisaurium in uico fana
rum iiii nouembris. Rexit autem episco
patum iuris per annos quadraginta nonos:
regnante domino nostro ihesu .x. qui uiuit &
regnat in secula seculorum. Amen.

De s. Alexio conf.

Fuit uir Rome magnus & nobi
lis euphemianus nomine. diuites
ualde. & primus in palatio impe
ratoris. Erantque ei tria milia pueri
qui honis cingebantur aureis. & sericis
induebantur uestimentis. Hic namque
erat iustus. & misericors. ele
mosinas multas pauperibus erogans.